Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dnm. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est: equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gratias agere. Domine sancte pater omnipotens eterne deus. Quia per incarnati verbi mysterium. nova mentis nre oculis lux tue claritatis infulsit. Vt dum visibiliter deum cognoscimus: per hunc in invisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum angelis et archangelis: cum thronis et dominationibus. Cumque omni milicia celestis exercitus: ymnum glorie tue canimus. sine fine dicentes. Sanctus sanctus sanctus dns deus sabbaoth pleni sunt celi et terra gloria tua. osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis.

In Epyphania dni.

Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dnm. Gratias agamus domino deo nro. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est: equum et salutare. Nos tibi semper et ubique gratias agere. Domine sancte pater omnipotens eterne deus. Quia cum vnigenitus tuus in substancia nostre mortalitatis apparuit: nova nos in mor